

## Anhang 8 – Edition

### Nr. 1

Papst Anastasius (IV.) zeigt sich hoch erfreut über die Verehrung des Königs A(lfons VII.) dem hl. Stuhl und dessen Legaten I(acinthus) gegenüber, von der der Papst durch Schreiben des Legaten und Berichte des Überbringers erfahren habe. Er fordert ihn auf, in dieser Haltung zu verbleiben und seinen Legaten zu unterstützen. Bezüglich seines Sohnes mahnt der Papst zur Vorsicht, auf dass nach dem Tod des Herrschers kein Nachfolgestreit ausbreche.

Lateran, 26. November (1153)

Die *littera clausa* ist als Original im Kathedralarchiv von Toledo erhalten (ACT., O.12.A.1.25), misst 15,5 x 21 cm, das päpstliche Siegel hängt an Hanffäden unten links am Pergament. Das Schreiben ist in gutem Zustand. Mir ist nicht bekannt, dass es die Forschung bislang zur Kenntnis genommen hätte.

*Anastasius episcopus servus servorum Dei karissimo in Christo filio A(lfonso) illustri Hispaniarum regi salutem et apostolicam benedictionem. In susceptione nuntii et inspectione litterarum, quas nuper dilecto filio nostro I(acinthe) apostolice sedis legato transmittente recepimus, intimo sumus gaudio relevati, quoniam – sicut et litteris indicantibus et nuntio attestante cognovimus – tam erga se quam erga sacrosanctam Romanam ecclesiam animum tuum plenum sinceritate dilectionis invenit et illam ei gratiam, illam ei exhibere reverentiam curavisti, que legato nostro et benedictionis apostolice baiulo a christianissimo exhiberi principe congruebat. Super quo et tuum studium in domino collaudamus et omnipotenti domino immensas gratiarum reddimus actiones, qui taliter animum tuum amore christianitatis implevit, taliter eximios parentes tuos et in veneratione apostolice sedis et in aliis egregiis operibus te facit iugiter imitari, ut possimus dicere cum propheta: Hec est generatio querentium dominum requirentium faciem domini Iacob. De preterito itaque uberrimas magnificentie tue gratias exsolventes rogamus attentius et exhortamur in domino, quatinus usque in finem erga eundem filium nostrum in illa qua cepisti dilectionis integritate persistas et illam, quam exhibuisti, ei hactenus reverentiam ammodo pro nostris precibus exhibeas ampliolem regium eidem favorem impendens, ut ea, que sibi ex iniuncte legationis officio agenda incumbunt, ad honorem Dei et salutem suorum fidelium possit efficaciter adimplere. De cetero quoniam prole, que per omnia egregios actus tuos secutura credatur, te divina pietas honoravit excellentiam tuam presentibus apicibus ammonemus, quatinus attendens, quod scandala ex heredum dissensione in regnis plurimis iam emeruerunt, taliter in posterum paci et quieti regni tui provideas, ut nec post decessum tuum ulla scandala*

*valeant inter filios tuos emergere nec ipsius regni tranquillitas per neglectum tuum possit aliquatenus perturbari.*

*Dat. Lat(erani) VI Kal. Decembris.*

## Nr. 2

Der Kleriker B. wendet sich an seinen Herrn, Erzbischof Jo(hannes) von Toledo, und wundert sich über dessen Haltung in der Auseinandersetzung mit der Erzdiözese Braga. Offenbar habe sich die Bragaer Partei nämlich durch Siegel-fälschung einen Vorteil verschafft. B. fordert zu tatkräftigerem bzw. aufmerksameren Handeln auf. Man solle überdies in Toledo nicht vergessen, die zugesagte Bezahlung für den Herrn Legaten, der sich für die eigene Sache gegen Braga und Tarragona eingesetzt habe, sowie für den Kardinal von S. Stephano in Celio monte zu übersenden.

(1155–1158)

Das einfach gehaltene, teilweise verderbte Schreiben ist als Original im Kathedralarchiv von Toledo erhalten (ACT., X.8.B.1.7.), misst von 10 x 16 cm und weist weder ein Datum noch einen Ausstellungsort auf; das Dokument wurde erst 1983 aus anderen Beständen des Toledaner Kathedralarchivs (der Abteilung ‚Obra y Fábrica‘) dem Urkundenbestand des 12. Jahrhunderts zugeführt und konnte damit bislang der Forschung entgehen. Der Adressat Erzbischof Jo(hannes) von Toledo, die Erwähnung eines päpstlichen Legaten, der sich der Toledaner Sache annehme – offensichtlich Kardinallegat Hyacinth – und des Kardinalpriesters (Gerardus) von S. Stefano (in Celio monte) (1151–1158) macht die Dat. des Schreibens auf die Zeit nach der ersten Legationsreise des Hyacinth 1154/1155 und vor dem Ableben des Kardinals Gerardus 1158 möglich, da Gerardus erst 1175 einen Nachfolger erhielt, als wiederum Johannes von Toledo bereits verstorben war, vgl. ZENKER, Mitglieder, S. 135.

*Domino vere sancto semperque beato Jo(hanni) Dei gratia totius Yspanie primati B. eius sanctitatis qualiscumque clericus debite devotionis obsequium. Super prudentia vestra plurimum amiramur, quod consilium postulatis et dato aquiescere penitus, sicut causa indicat, recusatis. Significatum enim iam vobis esse credimus, quid vos oporteat agere. Quid ultra expectatis? Numquid illius fabulam, qui furatus est vacca Erculis? Namque dicuntur a Babilonicis Galileis: sunt angues ingentes, alite virtute iugo. Que enim crassa patet<sup>1)</sup> et supina estitit ignorantia, cum totiens apostolicos sacros receperitis apices, quod sigillum adulterinum seu translatum vel penitus falsificatum diligenter non respexistis? Ad hoc equidem facta est hec<sup>2)</sup> transmigratio, ut Bracarensi versipelli et in labiis multifariam etiam variato legitima esset excusatio in termino sibi prefixo non obtemperare mandato. Quia*

1 über der Zeile von derselben Hand eingefügt

2 über der Zeile von derselben Hand eingefügt

*ergo pena falsi ex lege Cornelia est deportatio et omnium bonorum suorum ademptio ex canone quo depositio cum perpetua infamie nota et curie<sup>3)</sup> traditio ut ibi. Si quis falsum testimonium dixerit seu cartam falsaverit eciam consulimus, ut ad curiam properanter<sup>4)</sup> fidelem mittatis nuntium conquerentes destereti priore sarensi<sup>5)</sup>, quod tam deformem et scelestissimam ausu sacrilego ademtaverit sacri pistomatis seu sigilli facere translationem et perperam variationem ipsas etiam easdem domini pape litteras licet vestro fecerit consilio remittentes alia forte significavimus set veritus nec audatus apud vos manens eas fortassis apreenderet si qua tamen minus latori presentium significavimus propositum preterea domini legati quantum ad Bracarense et Terraconense spectat negotium, sicut pro certo credimus, est de illeso vestre ecclesie iure conservando. Septiformis gratia ab omni aversitate vos custodiat et a caudatorum versutia protegat. Scitum quoque quattuor marcarum ut intus regia sit de aurata magestas et turibulum unius marce et dimidie nobis fieri si placet faciatis; remitemus enim bene ponderatum argentum sellam etiam pro cardinali sancti Stephani nobis similiter cum largis strenuis et structili opere sirico<sup>6)</sup> in fibreis sub sellii manticam quoque de corio rubeo pro libris que conterant dentes iniquorum.*

*Servum vestrum B. vobis gratiam damus.*

### Nr. 3

Papst Alexander (III.) dankt Erzbischof J(ohannes) von Toledo für die leidenschaftliche Unterstützung, die er durch ihn auf der Iberischen Halbinsel erfahren habe. Zum Dank habe der Papst nun jederzeit ein offenes Ohr für die Wünsche des Erzbischofs. Darüber hinaus bitte ihn der Papst, den Gesandten O(ktavians/Viktors IV.), den Bischof (Albert von Ver)dun (?), auf der Iberischen Halbinsel an der Ausführung seines Auftrags zu hindern und ihn gefangenzunehmen.

Ferentino, 03. Juli (1161)

Die *littera clausa* ist als Original im Kathedralarchiv von Toledo erhalten (ACT., A.6.C.1.7.) und wurde erst im Jahr 1983 unter Dokumenten entdeckt, die in einer ganz anderen Abteilung des Archivs, der Abteilung ‚Obra y Fábrica‘ mit Dokumenten über den Kathedralbau seit dem 13. Jahrhundert, aufbewahrt werden. Folglich ist dieses Stück bislang der Forschung entgangen. Der *littera cum filo canapis* von ca. 16,5 x 19 cm hängt bis heute das am rechten Rand ohne Plica angebrachte Siegel Alexanders III. an, allerdings ist sie sowohl an der rechten als auch an der linken Seite durch das Öffnen des Briefes eingerissen, an vielen Stellen ist die Tinte bereits stark ausgebleichen und zudem ist das Schreiben durch einen Riss am oberen Rand und ein Loch in der unteren Hälfte über sieben Zeilen verderbt.

- 
- 3 a unterpungiert und durch hochgestelltes e ersetzt
  - 4 a unterpungiert und durch hochgestelltes e ersetzt
  - 5 e unterpungiert und durch hochgestelltes a ersetzt
  - 6 vor dem Wort ein Buchstabe unterpungiert

*Alexander episcopus servus servorum Dei venerabili fratri J(ohanni) Tölletano archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem. Devotionis tue fervorem et caritatis affectum, que circa sacrosanctam Romanam ecclesiam et circa personam nostram tam ex relatione venerabilis fratris nostri J(ohannis) Lucensis episcopi quam ex ipso effectu rei cognoscimus te habere, gratum admodum acceptumque tenemus et, cum sic commendandus est, plurimum in domino commendamus. Illius enim antique familiaritatis et gratie, quam invicem ante promotionem nostram habuimus – sicut accepimus – immemor non existens apud principes regionis illius nobis et ecclesie Dei fideliter astrinxisti et ipsos ad devotionem et obsequium ecclesie ac nostrum sicut vir religiosus et vere catholicus modis omnibus induxisti. Unde nos caritati tue uberes gratiarum actiones non immerito exsolventes fervens propositum et promptam voluntatem habemus personam tuam sicut karissimi fratris nostri et specialis ecclesie filii sincera in domino caritatis diligere, honori et exaltationi tue et ecclesie tibi commisse libenter intendere et postulationes tuas quantumcumque cum domino possumus intendimus exaudire. Rogamus itaque prudentiam tuam, ut sicut bene cepisti ita in devotione ecclesie ac nostra immobili confidentia<sup>7)</sup> perseveres et suffraganeos tuos atque alias tecum positas personas tam ecclesiasticas quam seculares [in devo]tione<sup>8)</sup> et fidelitate matris tue Romane ecclesie et nostra frequenti exhortatione studeas confirm[are et per] studium<sup>9)</sup> et sollicitudinem tuam ad obsequium et commoditatem ecclesie alii ferventiores et pro[...] int<sup>10)</sup> apparere. Decetero quoniam O(ctavianus) schismaticus et excommunicatus, cum aliquos de Romana ecclesia non habeat, qui ad [se poterit congre]gare<sup>11)</sup>, nuntios, per quos virus sue nequitiæ ubique diffundat, undecumque potest nititur indicare, ideoque [A(lbertum) Virdu]n]ensem<sup>12)</sup> episcopum auctoritate F(riderici) non dicimus imperatoris sed potius ecclesie destructoris et excommunicati ad partes illas transmittit, rogamus et monemus attentius, ut omnes operas adhibeas, ne in partibus illis aliquatenus audiat, sed eum – si umquam fieri potest – capi facias et teneri. Hoc enim nobis et ecclesie Dei gratissimum faceres et acceptum et apud nos et Romanam ecclesiam omni tempore carior exinde et acceptior permaneres.*

*Dat(um) Ferent(ini) V. Non. Julii.*

7 con- dann Loch im Pergament von etwa 1 cm –ntia

8 nach seculares Loch im Pergament von etwa 1,5 cm –tione

9 confirm- dann Loch im Pergament von etwa 2 cm studium

10 et pro- dann Loch im Pergament von etwa 2,5 cm – int

11 habeat qui ad dann Loch im Pergament von etwa 2 cm –gare

12 ideoque dann Loch im Pergament von etwa 1 cm –dunen(sem)